

sal. par. 2. cap. 7. §. 2. n. 3., *Richard* in 4. distinct. 32. art. 3. quaest. 1., *Lessius* de Justitia lib. 5. cap. 3. dub. 12. n. 85., *Pirhing* lib. 3. decretal. tit. 40. n. 13., *Reiffenstuel* ibid. n. 22. et cum pluribus aliis *Barbosa* dict. allegat. 28. n. 48.

*Quartus casus, quo polluitur Ecclesia, est quando in ea sepelitur aliquis excommunicatus vitandus, scilicet publice denunciatus aut notorius Clerici percussor aut infidelis; de excommunicato stat textus expressus in cap.: Sacris 12. de Sepulturis, et in cap.: Consulisti 7. de consecratione. Eccles. ibi: „Coemeteria, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda erunt aspersione aquae solemniter benedictae, sicut in dedicatione Ecclesiarum fieri consuevit“; de infideli tenet communis cum *Barbosa* in cap.: Ecclesiam 27. distinct. 1. de consecrat. et patet clare ex citato cap.: Ecclesiam, in qua paganus 27., et cap.: Ecclesiam, qua mortuorum cadavera 28. distinct. 1. de consecrat. Hinc nota, quod Ecclesia polluitur per sepulturam infidelis, etiamsi talis esset infans, ut tenet communis Doctorum cum *Pasqual.* quaest. 582. Immo probabiliter polluitur etiam per sepulturam infantis non baptizati filii parentum fidelium, quia talis infans est infidelis saltem negative; sic tenet *Glossa, Hostiens., Tabiena, Armilla, Angel. Rodriqu., Piasec., Suarez, Avila, Azor., Fagundez, Reginaldus, Laiman, Coninch, Castropal., Lessius, Dicastill., Amicus,* uterque *Lugo, Quarti, Delbene* et alii, quos citat *Pasqualig.* quaest. 583. et etiam sic tenet *Pirhing.* lib. 3. Decretal. tit. 40. n. 14., *Reiffenstuel* ibid. n. 21. Nisi tamen in utero matris defunctus cum matre sepeliatur, quia tunc non censeretur polluta Ecclesia, ex quo partus antequam edatur mulieris portio sit vel viscerum;*

l. 1. ff. de ventre inspiciendo, *Pirhing* l. c. n. 14., *Reiffenstuel* l. c. n. 21., *Azorius, Layman* et alii passim. Sunt tamen plures alii, ut *Paludan., Sayr., Ugolin., Pax Jordan., Bordon., Alan., Passerin.* et alii, qui sustinent per sepulturam infantis non baptizati filii parentum fidelium non pollui Ecclesiam, quia infantes non baptizati censentur tales, quales sunt parentes et Jura odiosa intelligi debent de illo, qui positive est infidelis saltem professione parentum; quae revera opinio non caret sua probabilitate.

Si in Ecclesia fuerint sepulti haeretici non denunciati nominatim, etiamsi alias notorii, non censetur violata Ecclesia nec indiget reconciliatio, quia cum non teneamur eos devitare in vita, nisi nominatim denunciati sint, ita neque eos tenemur evitare post mortem. *Layman* in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 4. n. 9., *Jordan.* de re Sacra t. 1. l. 5. tit. 11. de bened. Coemeter. n. 127., *Pirhing* l. c. n. 13., *Reiffenstuel* l. c. n. 21., *Antonell.* de loco legali lib. 1. cap. 9. n. 16., *la Croix* lib. 6. par. 2. n. 286., *Navarr., Gobat.* et alii. Sic nec etiam violatur Ecclesia per sepulturam ejus, qui in duello decessit, nisi denunciatus fuerit, quia licet duellantes ultra excommunicationem priventur etiam ecclesiastica sepultura, ut in Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 19. et in Constit. Clement. VIII. incipiente: *Illius vices*, ex tali tamen prohibitione praecise non sequitur, ut Ecclesia polluatur si contra fiat: Vide tamen ad rem, quae in Benedict. XIV. Constit. incip.: *Detestabilem* *) noviter

*) Post emanationem citatae Bullae: *Detestabilem* etc. falsa evidenter deprehenditur auctoris sententia, qua sustinet non violari Ecclesiam per sepulturam ejus, qui duello decessit, nisi is denunciatus fuerit. Quam in rem adducere satis est verba Constit. *Detestabilem*, quae sunt:

statuuntur quoad decessos in duello, quam Constitutionem habes in tom. 2. verb.: duellum art. 2.; sicuti etiam non polluitur per sepulturam aliorum, quibus est interdicta ecclesiastica sepultura, ut sunt Usuarii, Interdicti et alii similes, nam in poenalibus et odiosis non est facienda extensio nisi in Jure habeatur; leg. apud *Labeonem* §.: Si communem, ff. De Jurejur. l. 1.: Si quis servum ff. de serv. corrupt. cap.: Is qui 18.: de sentent. excommunic. in 6. cap.: *Odia* 25. et cap.: In poenis 46. de Regul. Juris in 6. et sic tenent *Jordan.* dict. tract. de re sacr. tom. 1. lib. 5. tit. n. 126., *Layman., Pirhing, Reiffenstuel, Antonell.* l. c.; *Engel* lib. 3. decretal. tit. 40. n. 12., *Zoesius* ibid. n. 11., *Navarr., Suarez* et alii.

Omnes recensiti casus, in quibus fuit dictum profanari seu pollui Ecclesiam, requiritur, quod sint publici seu publice innotuerint; argum. cap.: *Significasti* 6. de adulter., ubi vis ponitur in publica detectione, ibi: *Publice*, et tenet *Gloss.* communiter recepta in cit. cap.: Si Ecclesiam unic. de consecrat. Eccles. in 6. verb.: *Pollui*; *Barbos.* de Offic. et potest. Episcop. alleg. 28. n. 37., *Pirhing* l. 3. tit. 40. n. 12., *Reiffen-*

„Praeterea, simili motu et auctoritate decernimus ac declaramus, sepulturae sacrae privationem a s. Trid. Synodo inflictam morientibus in loco duelli et conflictus incurrendam perpetuo fore etiam ante sententiam judicis a decedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, sive duellum publice sive privatum indictum fuerit ac etiamsi vulneratus ante mortem non incerta poenitentiae signa dederit ac a peccatis et censuris absolutionem sustinuerit sublatata Episcopis etc.“

Ex quibus verbis satis liquide constat, quod si quem ex duello defunctum in Ecclesia sepeliri contigerit, etiam ante sententiam judicis, pollueretur Ecclesia; nam is esset excommunicatus non toleratus ac per hujus sepulturam Ecclesia violatur, ut docet *Antoine tract. de Eucharist. c. 3. q. 8. n. 4.*

stuel ibid. n. 22., *Suarez* disp. 31. sect. 4. v. 2. et alii passim. Et ratio est, quia Ecclesia non judicat de internis; arg. cap.: *Tua* 34. de Simonia, et cap.: *Erubescant* 11. dist. 32. ibi: „De manifestis loquimur, secretorum autem cognitor Deus et Judex est.“ Si vero tales casus ab initio occulti, postea publice innotescant, ex eo tempore debet Ecclesia haberi pro polluta et necessario debet reconciliari, quia ex tunc bona fama Ecclesiae perditur et aestimatio communis contraria subintrat. *Sylvester* verb.: *Consecratio* 2. q. 5. §.: *Tertius casus est*; *Azor.* part. 2. l. 9. cap. 5. q. 2., *Pyrrhing* et *Reiffenstuel* l. c. et alii passim.

e) Occulta vel publica.

Vd.: *Profanatio Eccles. (Modi.)*

f) Reconciliatio.

Vd.: *Reconcil. Eccles.*

3) Eccles. et Coemeterii.

Vd.: *Profanatio Coemeterii.*

PROFESSIO FIDEI.

a) Ab Abbatibus et Dignitatibus etc. emittenda.

Vd.: *Prof. fidei* (a parochis etc.; Canon. et Dignit.)

Circa fidei professionem emittendam a promovendis tam ad Ecclesias Cathedrales quam ad dignitates regulares.

Fidei professio debet emitti in manibus praelati, ad quem inquisitio servato ordine pertinet, a quo si promovendus longe distet, poterit idem praelatus subdelegare receptionem dictae professionis ordinario, cui promovendus vicinior erit.

Praelatus recipiet professionem fidei a promovendo praesente notario pub-

provisi sess. 24. ejusdem Concil., ut posses. eis non suffragetur, intelligenda esse quoad fructus faciendos suos; ideoque omissionem professionis fidei non privare Canonicum supranarratis possessionis effectibus, sed ipsum et vocem in Capitulo et jus praecedendi a die adeptae possessionis habere, nisi aliud obstet, quamvis professionem fidei non emiserit.

His stantibus dignabuntur EE. VV. decernere:

I. *An professio fidei sit emittenda tam a Canonicis Cathedralis quam Collegiatarum?*

II. *An eadem emitti possit per procuratorem?*

III. *An sit emittenda coram Episcopo aut ejus Vicario et deinde coram Canonicis capitulariter congregatis?*

IV. *Quibus poenis subiaceant non emittentes vel debito modo non emittentes professionem fidei?*

S. C. C. resp.

ad I.: *Esse emittendam a Canonicis Cathedralis et non Collegiatarum;*

ad II.: *Negative;*

ad III.: *Emittendam esse coram Episcopo aut ejus Vicario et etiam coram Canonicis congregatis, sufficere tamen si emittatur coram Capitulo, cui Episcopus vel Vicarius generalis intersit.*

ad IV.: *Non facere fructus suos sed distributiones lucrari pro horis, quibus intersunt.*

Die 26. Jan. et 9. Febr. 1726.

Canonici et Dignit. Ecclesiae Cath. tenentur a die adeptae possessionis ad minus intra duos menses fidei professionem facere non solum coram Episcopo vel ejus Vicario gener. sed etiam coram Capitulo.

Conc. Tr. sess. 24. de Ref. cap. 12. vers.: Provisi. Constit. Pii IV. incip.: Injunctum nobis.

Fidei promissionem Canonici et Dignitates Cathedr. tenentur facere per se ipsos personaliter et non sufficit per procuratorem.

S. C. C. die 18. Apr. 1590 *Seguntina*; 12. Sept. 1620; 22. Sept. 1696 *Calagurit.*; 6. Febr. 1726 *Calbucen.*

Ad fidei promissionem emittendam non tenentur jure Tridentino et juxta Constitut. Pii IV. *) *Canonici et Dignit. Collegiatarum.*

S. C. C. die 12. Febr. 1588, ut refert *Garzias* de beneficiis part. 3. cap. 3. n. 11.; *Barbosa* in summa apostol. decis. verbo: *professio fidei* n. 6.

II. Omissa.

Vd. t. II. p. 865.

Attendenda est sequens epistola S. C. C. directa E. et R. Cardinali de Lambertinis, postea ss. Pontifici et ab ipso relata vol. III. Notif. 19. in fine:

Eme et Rme D.

Negotium, de quo agitur in adjunctis precibus nonnullorum Canonorum istius Metropolitanae aliorumque parochorum tam civitatis quam dioecesis, EE. PP. S. C. C. remittendum esse duxerunt arbitrio et prudentiae Em. Vestrae, cui proinde facultatem faciunt, ut Canonicos et Parochos praescriptos, qui fidei professionem cor. Ordinario, prout exponitur, erronee et contra dispositionem s. Concilii Tr. emittere praetermiserunt, ad novam fidei professionem faciendam cor. Em. V. sive ejus Vicario gen. admittere possit, eisdemque fructus suorum resp. Beneficiorum a die adeptae possessionis perceptorum, erogata tamen aliqua summa arbitrio Em. Vestrae taxanda in eleemosynam pauperum, liberaliter condonare valeat. Id Em. Vestrae sig-

*) Vd.: *Profess. fidei* (a parochis etc.).

nifico ejusque manus humillime deoscolor.

Romae 10. Nov. 1736.

Bononiensi Emo Archiepiscopo.

A. Card. Gentili pro Emo Praefecto.

C. A. Archiep. Philipp. Secr.

Ad dubium 1.: An fructus percepti per Priorem Colleg. s. Jacobi Tolent. ob omissam professionem fidei coram ordinario sint restituendi a die captae professionis et quatenus affirmative?

2.: *An, quomodo et cui dicti fructus sint applicandi?*

S. C. C. resp.

ad 1.: *Negative;*

ad 2.: *Provisum in primo.*

Die 2. Mart. et 16. Maii 1739.

c) Coadjutorum Canon.

Coadjutores Canonorum seu Dignitatum Cathedr. de rigore juris communis seu Concilii Trid. non tenentur emittere fidei professionem, quia Coadjutor durante coadjutoria non est verus *) Canonicus. *Barbos.* de Offic. et potest. Episcop. p. 3 alleg. 61. n. 13. et 14. et: de Canonicis cap. 27. n. 12.; *Gonzalez* ad Regul. 8. Cancell. Gloss. 5. §. 9. n. 100.; *Garzias* de Benef. cap. 4. 5. n. 74 et 76.

d) In Concilio emittenda.

Omnes Episcopi in principio Concilii provincialis debent fidei professionem emittere et jurare Observantiam s. Concilii Trid., ut est injunctum in ipso Tridentino sess. 25. cap. 2. de Ref., ubi insuper statuit, quod si quis renuerit, statim denunciatur s. Pontifici a coepiscopis sub poena divinae indignationis et interim praedictus renuens communione aliorum privetur.

*) Vd.: *Coadjutor Canonorum.*

Item Beneficiati omnes et ii, qui in Synodo dioecesana convenire debent, fidei professionem tenentur emittere in prima Synodo, cui adfuerint. *Conc. Tr. sess. 25. cap. 2.*

e) Diaconorum.

Vd.: *Professio fidei Canon. Cath. et Colleg.* (oblig., decr. *Cathacen.*); *Professio fidei Ordinand.*

f) Episcopi.

Vd.: *Prof. fidei* (ab Abbatibus etc.; in Concilio); *Episcopus aegrotus* (Administr. Sacram., decr. n. 4669).

Antequam Episcopus aegrotus communicet indutus rocchetto et stola praesente ss. Corp. Chr., profiteatur cathol. fidem ex formula ab ap. Sede praescripta...

Caer. Ep. l. II. cap. XXXVIII. n. 3.

Episcopus aegrotus convocet Canonicos, Parochos et Curatos omnes, dum adhuc sensus corporis integri sunt et coram eis profiteatur iterum cath. fidem ex praedicta formula.

Ibid. n. 5.

Fidei professionem facere tenentur promoti ad Episcopatum.

Cap.: Qui Episcopatus 2. dict. 23.; cap.: Optatum 4. dist. 100.; Conc. Tr. sess. 24. cap. 1. de Ref.; Gregorii XIV. Constit.: Onus apostolicae.

g) A Graecis emittenda.

Gregorius PP. XIII.

1. Ego N. firma fide (*seq. usque ad verba: Et vit. venturi saeculi. Amen — vd. infra in profess. fidei a parocho etc. emittenda.*)

2. Credo etiam, suscipio atque profiteor ea omnia, quae s. oecum. Synodus Florentina super Unione Occidentalis et Orient. Ecclesiae definivit et declaravit, videlicet quod Spiritus s. a Patre et Filio aeternaliter est et es-

sentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio et ex utroque aeternaliter tamquam ab uno Principio ut unica Spiratione procedit. Cum id, quod s. Doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum s., ad hanc intelligentiam tendat, ut per hoc significetur Filium quoque esse, secundum Graecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiae Spiritus s., sicut et Patrem. Cumque omnia, quae Patris sunt, ipse Pater unig. Filio suo gignendo dederit, praeter esse Patrem; hoc ipsum quod Spiritus s. procedit ex Filio, ipse Filius a Patre aeternaliter habet, a quo aeternaliter etiam genitus est. Illamque verborum illorum, Filioque explicationem, veritatis declarandae gratia et imminente tum necessitate licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

3. Item in Azymo sive fermentato pane triticeo corpus Chr. veraciter confici Sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suae Ecclesiae sive Occid. sive Orient. consuetudinem.

4. Item si vere poenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas poenis purgatorii post mortem purgari, ut et a poenis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum Suffragia, Missarum scilicet Sacrificia, Orationes et eleemosynas et alia pietatis Officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae instituta. Illorumque animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam vel in suis corporibus vel eisdem exutae corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatae, in coelum mox recipi et intueri elare ipsum deum trinum et unum, sicuti

est, meritorum tamen diversitate alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

5. Item s. Ap. Sedem et Rom. Pontificem in universum Orbem tenere Primatum et ipsum Pontificem Rom. successorem esse b. Petri apostolorum Principis et verum Christi Vicarium totiusque Ecclesiae caput et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere et ipsi in b. Petri pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a D. N. J. Chr. plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in actis oecum. Conciliorum et in s. Canonibus continentur.

6. Insuper profiteor ac recipio alia omnia, quae ex decretis s. oecum. gen. Synodi Trid., s. Romana et ap. Ecclesia, etiam ultra contenta in supradicto fidei Symbolo, profitenda ac recipienda proposuit atque praescipuit, ut sequitur.

7. Ap. et Eccles. traditiones reliquasque ejusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector.

8. Item s. scripturam juxta eum sensum (seq. vd. infra in profess. fidei Parochi etc. a verbis ipsis: Item s. scripturam etc.).

Anno 1575 (sine nominatione diei). (Bull. rom. tom. II. p. 429.)

Cf.: *Constitutio Eugenii IV. de concordia Ecclesiae graecae et latinae edita die 4. Julii 1439* in Bull. rom. tom. I. p. 335.

Professionem fidei ejusdem tenoris, vd. in Bulla Bened. XIV. de die 26. Maii 1742. (Ibid. t. XVI. p. 95.)

h) Laici aegroti.

Vd.: *Viaticum; Communio Infirmorum.*

Ad dubium: A Rituali Mexicano praescribitur quod parochus s. Viaticum

infirmum collaturus, priusquam illud conferat, de fide aegroti sciscitetur per quamdam fidei professionem, quae ibi sicut in Toletano continetur: quaestio est: an sumpta semel Eucharistia per modum Viatici, si aegrotus diutino letali morbo laborans rursus et iterum poscat SSmo Sacramento refici, teneatur parochus singulis vicibus praedictam fidei professionem expetere vel possit illam omittere, conferendo tantum per verba *Accipe, frater, Viaticum?*

S. eadem C. ... respondendum censuit:

„Standum esse peculiari dispositioni.“

Atque ita rescribere rata est et declarare. n. 5102 ad 10.

Die 11. Sept. 1847.

i) Omissa.

Vd.: *Profess. fidei* (Canon. Cathedr. etc. omissa).

k) Ordinandorum.

Fidei professio simul et specialis promissio de eadem usque in finem sincera cordis devotione et constantissime retinenda debet emitti ab illis, qui ad s. Ordines sunt promovendi.

Cap.: *Quamquam* 6. dict. 23.

l) A parochi etc. constituendo emittenda.

Ad dubium: Utrum novus parochus, quum prima vice in sua parochiali munere coram populo in Ecclesia parochiali congregato canonice constituitur, gallice: *le jour de son installation*, debeat profiteri fidem catholicam in formula ab Apostolica Sede praescripta? Et quatenus affirmative: utrum illa professio eadem sit ac forma iuramenti Synodalis, quae legitur in Pontificali Romano in ordine ad Synodum et utrum recitanda sit in vernacula lingua?

S. eadem C. ... respondendum censuit:

„Servandum decretum Concilii Tridentini sess. 24. cap. 12. de *Reformatione*: Professionem autem fidei edendam juxta formulam a Pio IV. statutam, quam exhibet Pontificale Romanum in Ordine ad Synodum.“

Atque ita rescripsit. n. 5221 ad 11 die 21. Julii 1855.

Pius PP. IV.

Cum juxta Concilii Trid. dispositionem, omnes, quos deinceps Cathedralibus et superioribus Ecclesiis praefici vel quibus de illarum dignitatibus, canonicatibus et aliis quibuscunque beneficiis eccles. curam animarum habentibus provideri contingeret, publicam orthodoxae fidei professionem facere seque in R. E. obedientia permansuros spondere et juvare teneantur,

Nos volentes etiam per quoscunque, quibus de monasteriis, conventibus, domibus et aliis quibuscunque locis regul. quorumcunque Ordinum, etiam Militarum, quocunque nomine vel titulo providebitur, idem servari et ad hoc ut unius ejusdem fidei professio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unica et certa illius forma cunctis innotescat, sub poenis per Conc. ipsum in contravenientes latis juxta hanc et non aliam formam professionem praedictam sol. fieri auctoritate ap. tenore praesentium districte praecipiendo mandamus:

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo fidei, quo S. R. E. utitur, videl.: Credo in unum Deum P. omnipot. fact. coeli et terrae, visib. omnium et invisib. Et in unum D. Jesum Chr., filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante om. saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de D. vero. Genitum non factum, consubst. Patri, per quem omnia facta sunt.

lico ac testibus, ipse autem promovendus eam emittet genibus flexis ante praelatum et in fine tangendo ambabus manibus sacrosancta Evangelia et spondendo, vovendo ac jurando, prout in forma, ea deosculabitur.

Profitens duobus in locis, in quibus nomen et cognomen suum exprimendum erit, ea dumtaxat sua propria manu adscribet.

Praelatus propriae etiam manus subscriptione in fine exemplaris dictae professionis testabitur, eam a se receptam fuisse sub hac forma: Ego N. fidei professionem juxta superscriptam formam a R. P. D. N. in manibus meis ad verbum emissam recepi et ita testor manu propria.

Dominus notarius, qui praesens fuit, publico instrumento in calce ejusdem exemplaris immediate post subscriptionem praelati inquirentis extenso fidem faciet de praedictae professionis emissione ac receptione praesentibus testibus, quorum nomina et cognomina exprimet.

Maxime cavendum est, ut exemplaria professionis fidei transmittantur absque mendis, ne levibus quidem, quum nec in minimis liceat immutare formam a sede apostolica praescriptam, nimisque non modo notarii scribentis, sed etiam praecipue Praelati inquirentis incuria circa hoc notetur in sacro Consistorio, quando in eo fit relatio processus et mendorum in professione fidei repertorum, quum necesse sit, ea etiam nominatim referre. Ideo expediens erit ad tollendam occasionem errorum provenientium ex incuria scribentis, ut ubique imprimantur exemplaria juxta formam Romae impressam et maxima diligentia adhibeatur, ne mendose imprimantur. Quum vero transmittenda sunt instrumenta professionis fidei, haec ipsa subscribantur a profitente et a Praelato in-

quirente et in eisdem notarius extendat instrumentum, prout dictum est.

Sub Urbano PP. VIII. publ. 1627.

b) Canonicorum Cath. et Colleg.

I. Obligatio.

Vd.: *Residentia Canon. Cath.* (decr. Capuana.); *Professio fidei* (a parochis etc.; ab Abbatibus etc.).

Cathacen.

(Conc. Tr. C. 12. Sess. 24. De Ref.)

Quaerit Episcopus Cathacen.: *an fidei professio sit emittenda tam a Canonicis Cathedralis quam Collegiarum, an eadem fieri possit per procuratorem, quomodo ea sit explenda, an coram Canonicis capitulariter congregatis et deinde coram Episcopo, quibus denique poenis subjaceant, qui eam vel non emittunt vel debito modo non emittunt?*

Sacrum Concilium Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. decrevit, ut provisus de canonicatibus et dignitatibus facere teneantur fidei professionem, ad minus intra duos menses a die adeptae possessionis et forma fidei professionis ab his emittenda statuta fuit a summo Pontifice Pio IV. in sua Bulla 89. Bullar. tom. 2.

Quia vero Concilium loquitur de provisus in Ecclesiis Cathedralibus, sacra haec Congregatio saepe respondit, *non teneri ad emittendam fidei professionem provisos de Canonicatibus et Dignitatibus in Collegiatis Ecclesiis*, uti resolutum fuit in Avenionen. anni 1586 lib. 4. decret. p. 128 a tergo et p. 185 a tergo et p. 186 ibi: „*Quaeritur: an provisus in Ecclesiis Collegiatis de Dignitatibus vel Canonicatibus teneantur fidei professionem facere; neque enim cap. 12. sess. 24. aut Constitutione Pii IV. videntur adstricti?* Sacra etc. respondit: *Provisos de Canonicatibus et Dig-*

nitatibus in Collegiatis Ecclesiis non teneri ex Concilio sess. 24. cap. 12. neque ex Bulla Pii IV. emittere professionem fidei, quia Concilium loquitur in Cathedralibus.“

Quoad punctum: *an eadem emitti possit per procuratorem*, nonnulli affirmative respondent, Navar. lib. 2. Consil. 2. de jurejur. n. 2., Sanchez in praecepta decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 5. n. 7., Barbosa juris Eccles. univer. lib. 1. cap. 21. n. 56., Anaclet. ad titulum decretal. de jurejur. n. 182. cum aliis, quos cumulat et sequitur modernus Borkn in juris providentia univers. lib. 1. tit. 1. part. 1. quaest. 2. per totam, *alii negative respondent et huic opinioni adhaesit sac. haec Congregatio* et etiam Rotae tribunal juxta resolutiones et decisiones impressas apud Garziam de benef. par. 3. cap. 3. n. 51. et n. 75. et sqq. et praeter resolutiones a Garzia allegatas, alia reperitur in regestis S. Congregationis in Valentina 1610 lib. 11. decret., p. 91 ibi: „*Congregatio Concilii etc. censuit, professionem fidei per procuratorem emitti nullo pacto potuisse nec emissam suffragari*“; et juxta praxim illi, qui intra tempus statutum non possunt accedere ad residentiam et habent indultum absendi, supplicant huic S. Congregationi pro facultate emittendi professionem, si sunt in urbe, in manibus eminentissimi urbis vicarii et S. Congregatio indulgere consuevit cum clausula tamen, ut postquam ad residentiam accesserint, eam personaliter repetant ad tramites S. Concilii Tridentini.

Transeundo ad modum emittendae dictae professionis disputatum fuit die 7. Aug. 1683 sequens dubium: „*an professio fidei per provisos de Canonicatibus et Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus emittenda in Capitulo ex dispensatione S. Concilii Tridentini cap. 12. sess. 24. de refor-*

emitti debeat coram omnibus Canonicis in Capitulo congregatis vel satis sit, ut emittatur coram prima Dignitate aut Decano vel uno ex Canonicis antiquioribus tantum?“ Et huic dubio responsum fuit: eam esse emittendam coram Canonicis capitulariter congregatis et juxta literam Concilii cit. sess. 24. cap. 12. provisus tenentur emittere professionem non solum in Capitulo sed etiam coram Episcopo sive ejus Vicario generali et juxta praxim, si fiat coram Vicario, etiam Episcopo non impedito, aut in Capitulo, in quo sit praesens Episcopus vel Vicarius, satisfactum dici debet obligationi fidei professionem emittendi, ut plene habetur apud Monacell. in formul. part. 1. p. 54. n. 7. et concordat resolutio hujus S. Congregationis in Sarzanen. professionis fidei 14. Jan. 1679 lib. 30. decret. p. 244 ad primum, ibi: „*primo, an quoad emissionem professionis fidei modo, ut supra secutam*“; scilicet in Capitulo, in quo praesens erat Vicarius, qui erat etiam Canonicus et sedebat in stallo canonicali, non autem Vicarii, „*satisfactum fuerit dispositioni Concilii cap. 12. sess. 24. de Reformat.?*“ Sacra etc. ad primum respondit: Affirmative.

Demum in eo, quod attinet ad poenas quoad eos, qui non emittunt vel debito modo non emittunt fidei professionem, cum Concilium loquatur de fructibus, ibi: „*fructus non faciant suos*“, sub hac censura non comprehenduntur distributiones, uti habetur lib. 1. decret. p. 65 a tergo, ubi proposito hoc dubio responsum fuit: *distributiones quotidianas non comprehendendi in casu verbis Concilii dicto cap. 12. sess. 24. de Reform. et concordat alia resolutio in Nullius 1595 lib. 8. decret. p. 124.*, ibi: „*Congregatio Concilii censuit, illa verba Concilii, quae habentur in cap. 12. §.*